Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



58 40

de hac ut tangam te fili mi. et p̃bem: mox tu es fi
lius meus esaw an nõ. accessit ille ad patrem. Et
palpato eo dixit ysaac. Vox quidẽ vox iacob
est. sed manus manus sunt esaw. Et nõ cognou
it eum. quia pilose manus similitudinem
maioris expẽsserant. Benedicens ergo illi ait
Tu es filius meus esaw? Respondit ego sum. At ille
affer mihi inquit cibos de venatione tua fili mi
ut benedicat te anima mea. Quos cum oblatos co
medisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto
dixit ad eum. Accede ad me: da mihi osculum
fili mi. Accessit et osculatus est eum. Statimq; ut se
nsit vestimentorum illius fragrantiam: benedicens illi
ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui
benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi et de pin
guedine terre habundantiam frumenti vini et o
lei: et seruiant tibi populi: et adorent te tribus: Esto dõs
fratrum tuorum: et incurbent ante te filii matris tue.
Qui maledixerit tibi maledictus erit: et qui benedixe
rit tibi benedictionibus replebitur. Cum ysaac sermo
nem impleuerat et egressus iacob foras venit esau
coquisq; de venatione cibos attulit prãdicens. Su
rge pater mi et comede de venatione filii tui ut benedicat
mihi anima tua. Dixitq; illi ysaac. Quis enim
es tu? Qui ait. Ego sum filius tuus primogenitus
esau. Expauit ysaac stupore vehementi: et vltra
quam credi potest admiratus ait. Quis igitur
ille est qui dudum capturam venatione attulit mihi
Et comedi ex omnibus priusquam tu venires. Benedixq; ei
et erit benedictus. Audiens esau sermonibus patris mirat